



## Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Cornelii Cvrtii Cæsarei Consiliarij et Historiographi  
Ordinis Eremitarum S. Avgvstini S. Nicolavs Tolentinvs  
alijque aliquot eiusdem Ordinis Beati**

**Curtius, Cornelius**

**Antuerpiæ**

26. Perdices assas sibi obstrusas in vitam redire & evolare jubet.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37243**

praeceptum, quo cogar id nunc admittere, à quo me semper abstinui, & porrò abstinere impensè connitor? Praclarum ne & heroicum facinus incepisti. Edictum ergo ex chartâ NICOLAO recitatur. Ille anceps animi, quasi inter sacrum & saxum, quid agat, non invenit. Interim perdices assæ duæ inferuntur, & infirmo apponuntur.

## 26.

**Perdices**  
assæ fibi  
obtrusas  
in vitam  
redire &  
evolare  
jubet.

Tandem NICOLAVS post longam taciti animi tergiversationem oblatum à Medico de disceptâ perdice frustillum sumens, Ecce, ait, habetis imperio obsequentem. Deinde eritis ad cælum oculis, & crucis signo in perdices manu ducto, Vos ait, nunc avolate, quod lubet. Et ecce quam nulli Ovidii dederunt, prodigiosam metamorphosin: momento plumescunt aves assæ, in vitam se erigunt, & per fenestram sedant in liberum aërem. Stare attorniti omnes, & vox faucibus hærente ad exemplum non auditum antea, nec poste à usitatum: ut vix ossibus suis hærens & jam animam agens homuncio, non tantum enectis & coctis, sed in frusta etiam divisis

ani-

animantibus vitam redderet. Cui  
deinde accedit pro auctario : quod  
ab hinc solus panis cibarius panacea  
illi fuerit, quo sine aliâ Medicorum  
ope Christus illi vires pristinas &  
sanitatem restituit.

Credo, ut esset, qui miseris & fa-  
melicis succurreret: quibus NICO-  
LAVS tam obsequiosus servivit, ut  
non modò de suo dimenso illis im-  
partiretur, sed ipse quoque pro illis  
stipem colligeret, & fieret mendicorum  
mendicabulum. Cum nihil  
suppeteret, veniebat in prædam  
pauperum monasterii annona. Id  
videns non æquis oculis penoris  
procurator, insimulavit apud Cœ-  
nobiam NICOLAI prodigali-  
tatem. Ille ergo vigilanti oculo &  
ex insidiis observare hominem:  
quem cum forte videret panibus  
plenum mantile deferre ad mona-  
sterii januam, subito mandato re-  
vocare, & rogare, quid istic abscon-  
ditum gestaret. Ille modestissimis  
verbis, Rosas, inquit, fero, Pater  
Reverende; (erat mensis Decem-  
ber) & mantili explicato ostendit ei

B

ver-

27.  
Deprehē-  
sus panes  
mendicis  
ferre, eos  
in rosas  
vertit.

B II  
36 C